

Leviticus 16.2, 4 OFFERTORY

INGRESSUS Aaron tabernaculum, ut holocaustum offerret super altare pro peccatis filiorum Israël, túnica línea indútus est.

When Aaron entered into the tabernacle to offer a holocaust upon the altar for the sins of the children of Israel, he was vested with a linen tunic.

SECRET

ACCÉPTA tibi, Dómine, sint hæc múnera: cui pro mundi salute grata exstítit Fílii tui passio gloriósa: Qui tecum.

Let these gifts be welcome to Thee, O Lord, even as for the world's salvation there proved pleasing to Thee the glorious passion of Thy Son: Who liveth.

PREFACE OF THE CROSS

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Qui salutem húmani géneris in ligno crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dóminatiónes, tremunt Potestátes coeli coelorumque Virtútes, ac beáta Séráphim, sócia exsultatíone concébrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti júbeas deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross that whence death came, thence also life might rise again, and that He, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dóminations worship it, the Powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with these we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted while we say with lowly praise:

Mark 15.46 COMMUNION

JOSEPH autem mercátus síndonem, et depónens eum invólvit síndone.

And Joseph, buying fine linen and taking him down, wrapped him up in the fine linen.

POSTCOMMUNION

SATIÁSTI, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: quæsumus; ut, per temporálem Fílii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur, vitam te nobis dedísse perpétuam confidámus. Per eúmdem Dóminum.


Lord, thou hast filled Thy household with hallowed gifts; we beseech Thee: may we trust that by the death of Thy Son in time, to which the reverend mysteries bear witness, Thou hast given us a life to defy time: Through the same our Lord.

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

VOTIVE MASS OF THE MOST HOLY SHROUD OF OUR LORD JESUS CHRIST

Friday after the second Sunday of Lent



Phil 2.8-9 INTROIT

HUMILIÁVIT semetípsum Dóminus Jesus Christus usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen. Ps 88.2. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo: in generatiónem et generatiónem annuntiábo veritátem tuam in ore meo. V. Glória Patri.

Our Lord Jesus Christ humbled himself unto death, even to the death of the Cross: for which cause God also hath exalted him, and hath given him a name which is above all names. Ps. The mercies of the Lord I will sing for ever: I will show forth thy truth with my mouth to generation and generation. V. Glory be to the Father.

DEUS, qui nobis in sancta Síndone, qua corpus tuum sacratíssimum e cruce depósitum, a Joseph involútum fuit, passióis tuæ vestígia reliquisti: concéde propítius; ut per mortem et sepultúram tuam, ad resurrectióis glóriam perducámur: Qui vivis.

Isaias 62.11, 63.1-7

HÆC dicit Dóminus Deus: Dícite filíæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitudíne fortítudinis suæ. Ego, qui loquor justítiam, et propugnátor sum ad salvándum. Quare ergo rubrum est induméntum tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum: calcávi eos in furóre meo, et conculcávi eos in ira mea: et aspérsus est sanguis eórum super vestiménta mea, et ómnia induménta mea inquinávi. Dies enim uliónis in corde meo, annus redemptióis meæ venit. Circumspéxi, et non erat auxiliátor: quæsívi, et non fuit qui adjuváret: et salvávit mihi bráchiúm meum, et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, et inebriávi eos in indignatióne mea, et detráxi in terram virtútem eórum. Miseratiónum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus, quæ reddidit nobis Dóminus Deus noster.

Psalm 68.21-22

IMPROPÉRIUM expectávit cor meum, et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni. V. Dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

COLLECT

O God, Who hast left us the traces of Thy passion with the holy Shroud wherein Thy most hallowed body, taken down from the cross, was wrapped by Joseph, mercifully grant that by Thy death and burial we may be brought to the glory of thy resurrection, Who livest.

EPISTLE

Thus saith the Lord God: Tell the daughter of Sion: Behold thy Saviour cometh: behold his reward is with him. Who is this that cometh from Edom, with dyed garments from Bosra? This beautiful one in his robe, walking in the greatness of his strength. I that speak justice, and am a defender to save. Why then is thine apparel red, and thy garments like theirs that tread in the winepress? I have trodden the winepress alone, and of the Gentiles there is not a man with me: I have trampled on them in mine indignation, and have trodden them down in my wrath: and their blood is sprinkled upon my garments, and I have stained all mine apparel. For the day of vengeance is in my heart, the year of my redemption is come. I looked about, and there was none to help: I sought, and there was none to give aid: and mine own arm hath saved for me, and mine indignation itself hath helped me. And I have trodden down the people in my wrath, and have made them drunk in mine indignation, and have brought down their strength to the earth. I will remember the tender mercies of the Lord, the praise of the Lord for all the things that he hath bestowed upon us, the Lord our God.

GRADUAL

My heart hath expected reproach and misery: and I looked for one that would grieve together with me, but there was none: I sought for one that would comfort me, and I found none. V. They gave me gall for my food, and in my thirst they gave me vinegar to drink.

Outside Septuagesima and Lent:

ALLELUIA, alleluia. V. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres: Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Alleluia.

After Septuagesima the Alleluia and the verse are omitted and the following is said:

Isaias 53.4-5

VERE languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. V. Et nos putávimus eum quasi leprósum, et pecússum a Deo, et humiliátum. V. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. V. Disciplína pacis nostræ super eum: et livóre ejus sanáti sumus.

During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:

ALLELUIA, alleluia. V. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres: Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Alleluia. V. Tibi glória, hosánna: tibi triúmphus et victória: tibi summæ laudis et honóris coróna. Alleluia.

Mark 15.42-46

IN illo témpore: Cum jam sero esset factum (quia erat Parascéve, quod est ante sábbatum) venit Joseph ab Arimathea nóbilis decúrio, qui et ipse erat exspéctans regnum Dei, et audácter introívit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Pilátus autem mirabátur si jam obiisset. Et accersíto centurióne, interrogávit eum si jam mórtuus esset. Et cum cognovisset a centurióne, donávit corpus Joseph. Joseph autem mercátus síndonem, et depónens eum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto, quod erat excísus de petra, et advólvit lápidem ad óstium monuménti.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Hail thou, our King: thou alone hast had pity for our strayings: obeying the Father, thou wast led to be crucified, like a meek lamb to slaughter. Alleluia.

TRACT

Surely he hath borne our infirmities, and carried our sorrows. V. And we have thought him as it were a leper, and as one struck by God and afflicted. V. But he was wounded for our iniquities, and bruised for our sins. V. The chastisement of our peace was upon him: and by his bruises we are healed.

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Hail thou, our King: thou alone hast had pity for our strayings: obeying the Father, thou wast led to be crucified, like a meek lamb to slaughter. Alleluia. To thee be glory, hosanna: to thee triumph and conquest: to thee the crown of utmost praise and honour. Alleluia.

GOSPEL

At that time: When evening was now come (because it was the Parascève, that is, the day before the sabbath), Joseph of Arimathea, a noble counsellor, who was also himself looking for the kingdom of God, came and went in boldly to Pilate and begged the body of Jesus. But Pilate wondered that he should be already dead. And sending for the centurion, he asked him if he were already dead. And when he had understood it by the centurion, he gave the body to Joseph. And Joseph, buying fine linen and taking him down, wrapped him up in the fine linen and laid him in a sepulchre which was hewed out of a rock. And he rolled a stone to the door of the sepulchre.